

# IN HONOREM ET LAVDEM SIMONIS

TADDAEI ECKII, I. V. DOCTORIS EXIMII, ET VIRGINIS SELECTISSIMAE MARINAES HERESZEL.  
lerin, Hymenæus.

Autore Sebastiano Solido.

**Q**um tot ubiq; canant sacri cōnubia uates,  
Tēdiferū ut resonēt compita lata louē.  
Nos Erato facilis linquemus amores,  
Floricomus nobis extenuetur Hymen;  
Quin iucunda ferens animis illabere nostris,  
Auspitijs Myrtho tempora cincta faue.  
Nec te blandijona Cythara pulsator & author  
Gemmati teneant dexter Apollo foci.  
Sed potius plectro properes insignis & auro,  
Solve Palatina Musica sistra manu.  
Nam nobis Sponso sunt carmina danda uenusto,  
Gaudia sunt Sponsæ nunc recitanda nouæ.  
Aonios fas est latices ornare coletem,  
Formosas Nymphas nobilitare decet.  
**C** Iuppiter excelso cum prospexit Olympo.  
(Præteritis alijs) cerneret atq; Deis:  
Quod celebri fama uacue sine legibus irent.  
Nec soboli proprie starct & esset honos.  
Nullus curaret dulces Helyconis alumnas,  
Sed Musas muscas usq; ualere leues.  
Condoluit puerum sed te Germania scœliz  
Congenuisse tibi, mox abit ipse dolor.  
Cui uix tunc similem uiderunt secula multa,  
Cui donis regio uix tulit illa parem.  
Mnemosyne lauit sacro quem phocidos amne.  
Quem souit molli Pallas amica sinu.  
Vertice cuiq; annis bijugo melioribus aucto  
Auratan tribuit Cynthius ipse lyram.  
Et docuit sacri nemoris peragrare recessus.  
Clangere ueloci pollice dulce melos.  
Esse potest arguento germanus & huius  
ECCIVS, immensi buccina summa Dei.  
Qui solus, ueræ tutum pietatis Asylum,  
Romuleo cunctis terruit ore malos.)  
Nec contentus & his supremum scandit ad axem.  
Virginis Astræe iura sacrata colit.  
Scrutatus bifidæ ut scopulosa uolumina legis.  
Cæsareo faciat uerba diserta foro.  
**C** Hunc igitur postquam mater Cythereia uidit.  
Læta imo uolens talia cordis ait.  
Nascere parue puer summo dilecte Tonanti.  
Nascere nobilibus dotibus ingenij.  
Nascere mirifico patriæ promissus honore,  
Nascere principibus natus adesse pijs.  
Tu mihi charus eris, proles placidissima plaudere.  
Tu fies nostri candida fama gregis.  
Concordes aderunt tibi mitia numina Paræ,  
Et ducent uite stamna longa tue.  
Parteq; si puer splendorem adflauit ab omni.  
Viuere sic letos iusfit ubiq; dies.  
Ast ipsum matura uirum cum fecerat etas.  
Barba super malas cæperat ire leues.  
Aurea mirata est iuuenem Venus ipsa tenellum.  
Et secum: cuncta te modo laude feram.  
Nunc curabo thoros ut casta puella iugales  
Tecu intret, numeres pignora multa domo.  
**C** Hec finita: Erycæ, linquæ Amathuta, Paphiæ,  
Enixæ gratas flectere iusfit aues.  
Ac ut iter rupes effet dimensa per altas  
Longum, Teutonicu climate fessa stetit:  
Hic ubi ceruleis Ister immurmurat undis,  
Irrigat & Boie iugera culta plagæ.  
Hinc tandem exoptat Nymphis e millibus unam.  
Præstantem formam, corpore, diuitijs.  
Quæ Marina thoro casti sata sanguinis, uide  
Huic dant Nereides nomen habere maris.  
Quamq; Erycina suæ reputans accedere formæ.  
Tam candens uiuum spirit ab ore decus.  
**C** Diua igitur subito deuicta per aera, sueta  
Antra petit, gnato & talia uoce refert.

Fili summus amor matris, mea uita, salusq;.  
Nunc opus auxilio, nunc opus arte tua est.  
Est locus, Eure tuas uastus quæ currit ad oras  
Danubius rapidis littora pulsat aquis.  
Quæ tellus patulis iactat se Norica campis,  
Claraq; Mopsopeia Pallados arma uigent.  
Illuc nunc pergas tenues sublatus in auras  
(Interea nitidum claudat arundo latus)  
Ac tenerum figas iuuenem, teneramq; puellam.  
Arcu transfigi pectora digna tuo.  
Quos, et si dederint disiuncta per arua penates,  
Quam pulchro nexus sed tamen ipse ligat.  
Et ne te facies fallat, mihi proxima virgo est  
Forma, finge potens tela Diana foret.  
Est habitu iuuenii Phœboq; simillimus almo,  
Præcipue si Indum pectine tangit ebur.  
Quare age tolle moras, ambobus vulnere facto,  
Perpetuò ardentes ocyus adde faces.  
**C** Vix ea dixisset, stridentibus aera pennis  
Soluit amor, chare iussa parentis agit.  
Spicula nam uenatrici deprompta pharetra  
Comprendit plena (ceu solet) igne manu.  
Ac Gortyniaci distortis cornibus arcus,  
Incautos penetrat partha sagitta sinu.  
Mox simul accipiunt socium sub pectore uulnus,  
Illicet est animos feruida teda duos.  
Vruntur leti, Venerisq; in amore susurrant,  
Aptus & adfectus, aptus & ignis erat.  
**C** Iuppiter interea pueri memor ipse pusilli.  
Phœbo enutrir, quem dederatq; Deis.  
Ut læsum uidit flagrante Cupidinis hasta,  
Et calido rutilus corda uagare faces.  
Annuit optatis mortalibus urere uires,  
Cum unanimi flamma conuenienter erant.  
Et ne quid posset praui contingere, fecit  
Aeterna nocti corpora pulchra fide.  
Stans igitur missus cælo Memphis tormes,  
Tranquillæ pacis nomina sancta ferens.  
Omnia letificat festivo limina multu,  
Quam fieri supero numine tanta refert.  
Et captis, dextra iuuenis, leuaq; puellæ,  
Confoci lecti stabile iungit onus.  
**C** Quo facto totus resonat concentibus æther,  
Intonat & cunctis Barbitos alta uis.  
Accurrit Phœbæ cohors, quæ iubila uoce  
Aſidua insultans fundit utriq; Polo.  
Tum Nympha formosa roſis & lilia nectunt,  
Ac redimunt Sponsi tempora docta noui.  
Emanet haud Pæan comitantibus ipse Napeis,  
Plaudentum lepidus fertur ad astra sonus.  
Nititur interea nuptæ pars ducere flauas  
Naiadum, quo stent ordine queq; comas.  
Pars flexus parat obliquos, pars balsama uertit,  
Vincere Panchiam que uel odore queunt.  
Hec niueo ponit baccata monilia collo,  
Oſtrinamq; humeris porrigit illa togam.  
Mox comptam donat Gaze regina Smaragdo,  
Ut sibi non dispars culta marita siet.  
Quelibet huic uoluit sua munera ferre puellæ,  
Non licet hac decoris laude suis effet opus.  
Tantu Sponsa ualeat, tanti est memoranda uenustas.  
Tam micat & facies mixta pudore, iocis.  
Si repetat superos Andini Musa Poëta,  
Si Naso blandum linqueret Elysium.  
Deficerent illi tanto sub pondere rerum,  
In tanto finis non patet illa salo.  
Cynthia cum Nemesi, Lesbis, laudata Corinna,  
Ad surgunt, bellæ & uirginis ora stupent.  
Sint licet amplexa summorum carnunc uatum,  
Et ceu sublate, numina ad astra chely.

**C** Ipse sed ut redeam, completis omnibus istis.  
Essent & celo sacra peracta Deo.  
Splendentes ponunt serui longo ordine mensas.  
Magnanimi luxus regis ut esse potest.  
Erigitur fulgens abacus, quo uasa locantur.  
Quæ uel nec Bimaris uasa Corinthus habet.  
Hic lances gemmis, hic pocula fulua uidisses.  
Iurares Samio cuncta operata foco.  
Ille dapes gerit Ambrosias, hic uina coronat.  
Sic ultra multi multa dedere citro.  
Ergo cum tanto pinxit limina cultu,  
Et Musæ & Charites discubuere simul.  
Nec mora, qui inuita præstat lunone Tonanti  
Nectar, Dardanius pulcher ephebus adest.  
Sydera mutatus, iam nunc Carchesia miscet,  
Largitur sponsis plena bibenda mero.  
**C** Ast ubi dempta famæ epulis, mitisq; Lyæ  
Vitigeno cupidus munere pressus amor.  
Inset se medio candenti Sponsus amictu,  
It circum effusus ex Helicone chorus.  
Nec non laetolis uirgo comitata puellis  
Publica Sydonia ueste Theatra subit.  
Hic lituus resonat, calamus, tuba, fistula, plectrum.  
Hic uarios fundunt garrula nabla sonos.  
Hic agiles ducunt buxo reboante choræas,  
Alterno quatunt hic pede quisq; solum.  
Adueniunt Nympha spectacula festa uidentes,  
Eximiae Sponsæ queq; præisse cupit.  
Et quibus auditis uulgus commune per urbem  
Densatur, letum gestit habere diem.  
**C** Sed iam uesper erat procedens serus ab Oetha,  
Splendebat tota lumina parua domo.  
In portum faustu Zephyro ratis acta secudo est,  
Fuscis nox alis suavis utrisq; uenit.  
Expectant cupide i thalami noua gaudia primi.  
Oscula suspirant mutua mille modis.  
**C** Quare age macte tuis tædis Hymenæe uenito.  
Annorum primis floribus atq; faue.  
Perfausto faxis iungantur corpora nexus,  
Legitimo uinclo que cumulauit amor.  
Tam bene Erythræis gemmis componitur aurum,  
Tam bene stant uernis lilia iuncta roſis.  
Tam bene Achæmenio nascentur aromata nardo,  
Crocropio Chium tam bene melle merum.  
Floreat hec & pacifice concordia uitæ,  
Ut sit perpetuo copula sancta thoro.  
Illis tanta fides, quanto dilexit amore  
Alcestis Sponsum Thessala Sponsa suum.  
Pro cuius uita uoluit se tradere morti,  
Cum sciret uitam, morte redire sua.  
Vel sicut coluit castam Periander amicam,  
Junxit se Euadne ceu moritura uiro.  
Ut sic scœlies scœlici pignora prole  
Producant, lecti maxima dona pijs.  
Adscripsit uotis Hymeneus, & ore remisso  
Iam lusus, dixit, claudere posse meos.

## LECTORI.

Materia uersus emisi nuper eadem,  
Nempe suos dominus perlegat ipse iocos.  
Iam quia te castum, nostros legisse leporis  
Audio: nunc castæ, qui legis, ista lege.  
Da ueniam, si quid fudit prius ore procaci  
Nympha, iocosa fuit, uita pudica mea est;

